quod in hac pte duxerint iniūgendū Ceterū generalis et pvinti-ales ministri et ipsoꝝ vicarij illos ex fratrib⁹ de quib⁹ auctoritate litteraꝝ sedis aplice vel legatoꝝ ipsius archiepiscopis et episco-pis ac alijs quibuscūqꝫ pvisuz extitit vel in posterꝝ cōtigerit pui-deri corrigere ac etiā non obstante contradictione aliqua possint ad suū ordinē reuocare: nec p lr̄as eiusdē sedis seu legatoꝝ ipsius iam obtentas vel de cetero obtinēdas aliquos de fratrib⁹ ipsi⁹ or-dinis prefatis archiepiscopis et episcopis aut alijs teneant in so-cios deputare: nisi dicte littere aplice obtinende de indulto huius-modi et ordine ipō expressaz fecerit mentionē: ꝛ altas id honesta-ti ordinis et illoꝝ saluti viderint expedire Nullus aūt legat⁹ nisi de latere nr̄o missus auctoritate lr̄aꝝ sedis aplice spēalē de hoc in-dulto et ordine vr̄o nō facientiū mentionē: nullusqꝫ prelatus nec aliqua psona religiosa vel secularis de fratrib⁹ eiusdez ordinis ad sua seu ecclesie negocia procurandū: vel secū manenduz aliquos assummere valeant nisi quos generalis: et pvintialis minister ip-sos tanq̄ idoneos et discretos sibi dixerint assignādos quos etiā subiacere volum⁹ ordinis discipline Illos vero ordinis fratres qui ad pdicandum crucē vel inquirendū cōtra prauitatē hereticā seu ad illa huiusmōi negotia sūt vel fuerunt vbicūqꝫ a sede aplica deputati Tu fili generalis minister tuiqꝫ successores remouere seu reuocare et penit⁹ transferre ipsisqꝫ q sup sedeant iūgere aliosqꝫ substituere cū expedire videritis libere ac licite valeatis: ꝛ in eos si contrauenerint censurā ecclesiasticā exercere: ac q̄libet minister prouincialis vel eius vicari⁹ eiusdē ordinis ad ipm in sua pvin-tia circa fratres ipsius ordinis qbus ab eadez sede similia ptige-rit etiam illa cōmitti facere possit non obstantib⁹ aliqbus lr̄is vel indulgentijs aplicis impetratis vel etiā in posterū impetrandis qui de hoc nō fecerint mentionē Inhibem⁹ quoqꝫ ne quis post p-fessionem in ordine vr̄o factam sine generalis vel pvincialis sui licentia discedat ab ipso discedentez vero absqꝫ cautione litteraꝝ alterius ipoꝝ pretextu alicui⁹ pulegij aplice sedis nulli⁹ audeat retinere Qd si forte retinere psūserit vobis generalis et pvintia-lis ministri dumtaxat licitū sit in ipsos discedentes frēs sententiā excōmunicationis promulgare Si vero aliqui de fratribus vestri ordinis post obtentā licentiā a sede pdicta aut a vobis ad religio-nem aliā transeundi infra duos vel tres menses se ad illā religio-nem sue saluti pgruā non tulerint et ipsius nō susceperint habitū regularem licitū si vobis generalis et prouintiales ministri ac vi-ces vestras gerentes ptra ipsos tanq̄ contra alios ordinis vestri apostatas procedere ꝫm q honestati ipsius ordinis viderit² expe-dire Illud idē intelligi volum⁹ de illis q̄ post susceptionē habit⁹

Fratres plā-tis deputati subiciunt cor-rectiōi ordis

Minister po-test reuocare inquisitores.

Frēs sine licē-tia nō exeant ordinem.

alterius religionis infra tempus ꝓbationis in illa ꝓfessione facta
inde presumpserint resilire apostatas quoqꝫ vestri ordinis excō- De apostat9.
municare: capere: ligare: incarcerare: et alias subdere discipline
rigori positis per vos ac etiā alios in quocūqꝫ habitu eos cōtige
rit inueniri: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secu-
laris inhibemus etiam ne fratres quos ab ordine vestro pro suis
culpis per generalem seu ꝓuincialem ministros aut custodes ex-
pelli contigerit vel qui egressi fuerint ꝓprio suo motu predicare:
confessiones audire seu docere p̄sumant: nisi ad alium ordinem in
quo licite huiusmodi exercentur officia: transierint de vestra vel
dictoꝝ ministrorum licentia spetiali Quod si forte ipi cōtra huius
modi inhibitionē vr̄az aliqd sup premissis temere attemptare p̄-
sūpserint mistri ac custodes ⁊ eoꝝ vicarij in illos quos infra fines
suaꝝ prouintiaꝝ et custodiaꝝ iuxta consuetudinez ordinis vestri
districtus inuenerint talia p̄sumentes monitiōe p̄missa auctorita-
te vr̄a excōicationis sententiā valeant ꝓmulgare. Eiectos aūt de
ordine vestro vel egressos q̄ a receptiōe in eodē ordine suis cul-
pis exigentib9 reddiderint se indignos: et alios fratres eiusdem
ordinis ex rōnabili causa ad quoscūqꝫ ordines approbatos p̄terq̄
ad btī augustini tēplarioꝝ hospitalarioꝝ ⁊ alioꝝ religiosoꝝ arma
portantiū ad vitandū occasionē euagandi generales et prouintia
les ministri cū suis testimonialib9 lr̄is auctoritate vr̄a licenciādi
liberā habeāt facultatē Nos enī districtius inhibem9 ne tales ad
alium ordinē aliter transire vel aliqui eos recipere seu retinere p̄-
sumant absqꝫ licencia speciali sedis aplīce faciente de hoc plena-
riam mentionē. Inhibem9 etiā vt nulli siue extra ordinē cōstitut9 Null9 potest
habitū: aut ita ꝯsimilē qd̄ preter cū frater minor credi possit defer- habitū ordīs
re liceat absqꝫ mādato sedis aplīce spetiali. Et vt dicta inhibitio defēre nisi fra
maiorē consequat̄ effectū statuim9 vt hij: qui habitū vr̄m vel sibi ter ordinis.
predicto modo consilēz deferre p̄sumpserint ad deponendū ipsum
p diocesanos locoꝝ cū a vobis requisiti fuerint monitiōe p̄missa
vel censura ecclesiastica appellatiōe postposita cōpellant̄ Ceteꝝ Frēs nō sol-
cū hūilitas vr̄a sibi de latitudine orbis terre nihil p̄ter domos et uant decimas
ortos cū v̄gultis premioꝝ obtentu celestiū duxerit reseruanduz: de suis presi-
nos pie volentes q̄ illorum fructus integre vestre paupertatis dijs.
vsibus applicent̄ vt de dictis ortis virgultis vr̄is nulli decimaz
teneamini exhibere vobis auctoritate presentiū indulgem9 distri
ctius inhibentes: ne quis a vobis de premissis aliquid exigere vel
extorquere presumat Quia vero nōnulli vestre religionis habitū
assumētes diuersis personis q sciri et inueniri nō possunt interdū
aliqua bona restituere teneantur vobis mistro et custodibus ac

vicariis predictis cōcedim⁹: vt singuli vrm in locis sibi cōmissis bona ipsa in pios vs⁹ cōuertere valeāt put scdm deū viderint ex-

De sepultura

pedire Sepulturā qz in ecclesiis vris cōcedim⁹: et eaz liberā esse censem⁹: vt eoz deuotioni et extreme volūtati q se illic sepeliri de liberauerit: nisi excōmunicati aut interdicti: aut etiā publice vsurarij fuerint null⁹ obsistat: salua tn̄ iusticia ecclīaz illaz: a quibus corpa mortuoz assumunt̄ districti⁹ inhibem⁹ vt nulli religiosi vl seclares vobis inuitis aliquo p corpa defūctoz in vris cimiteriis sepelire. aut in ecclīis vris missaz solēnia: vel p aīab⁹ eoz q ad loca vra tumulandi ferunt̄ ibidē exequias celebrare sine vro assensu et volūtate p̄sumant Inhibem⁹ insup vniuersis frībus vri ordis ne alqs eoz nisi neccitat vrgente articulo: aliis quā p̄latis pctā sua pfiteri p̄sumat: vel aliis eiusdē ordinis sacerdotib⁹ sm reglaz et ipi⁹ ordinis instituta Uniuersis aūt ecclīaz p̄latis et aliis inhi-

Quib⁹ possūt fres pfiteri

bemus: ne pfessiōes vras vobis inuitis audire vel pellere vos ad sinodos seu cōuocationes suas accedere: vel cū eis extra ciuitates vel intra pcessionaliter exire aut suis pstitutiōib⁹ subiacere vel capitula scrutinia et inquisitiōes in loc vris vel alibi: de vob facere: aut fidelitatē iuramēto firmatā: et manualē obedientiam a ministris custodib⁹ vel guardianis vris exigere: aut de ipsoz institutione vl destitutione siue de statutis vri ordinis se aliquaten⁹ intromittere seu phibere ne ad ciuitates vel villas vbi religiose

In nullo diocesanis tenentur fratres

ac honeste morari possit a poplis euocari audeat accedere ibiqz p vris vsib⁹ cōstruere edificia seu ecclīas oratoria: aut in accedētes frēs: seu in pstruētes hmōi vel receptatores ipsoz excōicationis snīas ferre p̄sumāt Concedim⁹ qqz vobis de his qui in ornamentis vel pro eis aut liberis fabrica luminaribus anniuersario Septimo vicesimo. Tricesimo. aut aliis ad ppetuū cultū diuinū seu pro pictantiis aut victu ad sustētationē vraz vel indumētis necnō pro annuis censibus redimēdis: ad quoꝝ solutionē aliqui dom⁹ vestro ordini obligate noscunt̄: et de domib⁹: p̄diis et ortis aliisqz loc vobis sm instituta vri ordinis opportunis aut de his qui pro huiusmōi domib⁹ p̄diis . ortis et locis ementes vobis legantur: dūmō p̄missa nō cōuertantur in vsus alios. s in illos dūtaxat pro quibus relinquūtur: aut alios etiā q in hac pfessiōe vel indulgentia ptinētur nulli canonicā iusticiā aut portionē aliq̄ te-

De qbus dari debz canonica portio

neamini exhibere Et ne qs a vob vl vltiaz executiōib⁹ volūtatū seu decedētiū heredib⁹ de p̄missis aliqd exigere vel extorquere p̄sumat districti⁹ inhibemus adhuc liceat frībus vri ordinis cū de prioribus locis suis ad alia loca se trāsferūt tā edificia seu oēs edificioꝝ materiā locorūqz dimittūt dedicat ecclīis dūtaxat except quā libros calices et paramēta secū ad alia loca trāsferre: ac edifi

cia ipa cū solo et alijs ad eadē loca ptinētibꝰ: pter ecclias p psonas ad hoc a sede aplica deputatas vēdere: ipoꝝ̄qꝫ pciū in alioꝝ locoꝝ ad q̄ dicti frēs se trāsferūt edificationē seu alias in eoꝝ vtilitatē cōuertere scdm qđ eis meliꝰ videbit expedire: cū ipa priora et alia loca frm ad nos et sedē aplicā specialiter et immediate ptinere noscant Et ne aliq archiepi vl episcopi aut alij eccliaꝝ plati seu queuis alia psona ecclastica: vel seclar ꝑdicta loca seu bona occupare: accipere vel vsurpare: aut quoq̄mō sibi vēdicare ꝑsumant absqꝫ dicte sedis licētia speāli districtiꝰ inhibemus indulgētes vobis vt ad ꝑstationē ꝓcurationuꝫ legatoꝝ ꝑdicte sedis vel nuncioꝝ ipsiꝰ seu diocesanoꝝ locoꝝ aut exactionū vel collctaꝝ seu subsidioꝝ vel ꝓuisionū q̄rūcunqꝫ minime teneamini nec ad ea soluēda p l'ras dicte sedis aut legatoꝝ vel nūctioꝝ einsdē seu rectoꝝ terrarū ecclie romane impetratas seu imposterū impetrādas cuiuscūqꝫ tenoris fuerit in ppetuū cōpelli possit: nisi dicte sedis l're impetrāde plenā et expressaꝫ de indulto hmōi et dicto ordine fecerint mentionē. Ceterū cū felicis recordationis Innocētius papa ꝑdecessor noster olim duxerit statuendū vt exēpti quacūqꝫ gaudeāt libertate Nihiloiꝰ tñ ratione delicti seu contractus aut rei de qua cōtra ipsos agit rite possint coraꝫ locoꝝ ordinarijs conueniri: ꝛ illi quo ad hoc suā in ipsoꝝ iurisdictionē ꝓut ius exigit exercere Nos vobis vt occasione cōstitutōis huiusmodi nullum libertatibus immunitatibus vobis et ordini vestro p priuilegia et indulgentias ab apostolica sede concessis ꝑiuditium generetur auctoritate presentium indulgemus Decernimꝰ ergo irritū et inane quicquid contra tenorem constitutionum: concessionum et inhibitionum huiusmodi per quoscunqꝫ fuerit attemptatum: et interdicti suspensionis. et excommunicationis sententias: si q̄s contra concessiones: constitutiones et inhibitiones easdē in vos vel vestrū aliquis aut loca vr̄a seu benefactores vr̄os vel executores aut heredes predictos in posteꝝ promulgari cōtigerit penitus nō tenere Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginam nr̄aꝝ cōstitutionū: concessionū et inhibitionū infringere: vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attemptare ꝑsumpserit: indignationē oīpotētis dei: et beatoꝝ Petri et Pauli aploꝝ eiꝰ se nouerit incursurū Datum Perusij. xij kalendas Augusti pōtificatus nr̄i Anno primo. Nullli ergo omnino liceat hanc paginam nostre cōfirmationis ꝛ cōmunitiōis infringere: vl ei ausu temerario cōtraire Si q̄s aūt hoc attēptare ꝑsumpserit indignatiōꝫ oīpotētis dei et btōꝝ Petri et pauli aploꝝ eiꝰ se nouerit incursuꝝ Datum Florētie Anno incarnatiōis dn̄ice Millesimoq̄drīngētesimotrigesimonono quarto idꝰ Nouēbr pōtificatꝰ nr̄i anno nono

Licꝫ fribꝰ oīa vēdere et secum trāsferre

De subsidijs

Rōne delicti nō subijcimur ordinarijs.

Nos igitur qui dicti ordinis fratrũ minorũ in quo
generalis ministri fungebamur officio dũ ad cardinalat⁹ honorẽ
assumpti fuimus et ꝑsonarꝫ eius statuꝫ ꝓsperũ et trãquillũ ꝓpter
vberes fruct⁹ quos ordo ipse multa refulgens gloria meritorꝫ et
gratia redolens sanctitatis in agro ecclẽie militantis in propaga-
tione religionis et fidei orthodoxe hactenus ꝓduxit vtiliter et
producit ac in futurꝫ et productuꝫ spe firma tenem⁹ palmites su-
os a mari vsqꝫ ad mare et etiã ad barbaras extendendo nationes
intensis desideram⁹ affectib⁹ Clementis et Eugenij p̃dictorꝫ ac
aliorꝫ p̃decessorꝫ nr̃orũ qui ordinẽ p̃dictũ fratrꝫ minorꝫ alijs varijs
priuilegijs non immerito decorarunt vestigijs inherentes motu
ꝓprio nõ ad eorundẽ dicti ordinis fratrũ minorꝫ ꝓfessorũ vł alte-
rius pro eis nobis super hoc oblate peticiõis instantiã. sed de nr̃a
mera volũtate et deliberatione et ex certa nr̃a sciẽtia p̃dictas cle-
mentis et alias quorũcũqꝫ aliorꝫ romanorꝫ pontificũ predecessorꝫ
nostrorꝫ litteras dicto ordini fratruꝫ minorꝫ et illis domib⁹ ꝛ ꝓfes-
soribus in genere sub q̃cunqꝫ forma verborꝫ ꝯcessas quas ac si de
verbo ad verbũ vna cũ predictis litteris Eugenij p̃decessoris p̃-
fati p̃ñtibus inserte forent haberi volum⁹ pro expressis: ac oĩa et
singula in illis contenta auctoritate apł̃ica tenore presentiũ appro-
bamus ꝛ robur ꝑpetue firmitatis obtinere debere decernim⁹ ac ꝑ
pociori cautela oĩa et singula ꝑ Clementẽ ac Eugeniũ aliosqꝫ p̃-
decessores p̃dictos in eisdẽ lr̃is pro et in fauorẽ dicti ordĩs fratrũ
minorꝫ q̃n̄olibet ordinata statuta decreta concessa et indulta fieri
et seruari debere auctoritate motu et scientia p̃dictis de nouo ordi-
namus statuimus atqꝫ decernimus: ac eidẽ ordini minorꝫ illiusqꝫ
domib⁹ et ꝓfessorib⁹ concedim⁹ et indulgem⁹ Et qꝛ sicut accepi⁹
nosqꝫ ipsi experientia didicim⁹ in minoribus cõstituti p̃fati ordi-
nis curã gerentes circa lr̃as et ꝑuilegia huiusmodi nõnulla dubia
postmodũ sunt exorta habita sup illis ꝯsideratione decenti motu
auctoritate et sciã sił̃ibus lr̃as eiusdem Clementis p̃decessoris in
ea parte in qua concedit dicti ordinis ꝓfessorib⁹ vt liceat eis in lo-
cis in quib⁹ degũt habere oratoria et in eis cũ altari portatili etiã
tp̃e interdicti ianuis clausis excõicatis ꝛ interdictis exclusis mis-
sarum solennia et alia diuina offitia celebrare Et qđ eorꝫ insistẽtes
obsequijs censuris generaliter promulgatis non ligentur cũ con-
tingat eos per sepe requiri: et extra oratoria sup huiusmõi altari
portatili celebrẽt diuina offitia et ad illã interdicti tp̃e tertij ordĩs
sancti Francisci de penitentia nũcupati fratres et sorores ac suos
et illorꝫ ꝓcuratores admittãt extendentes Concedim⁹ eisdẽ fra-
tribus vt nõ solũ in oratorijs et locis in quib⁹ degunt sed etiam in

Approbatio et cõfirmatio

declaratio de altari portatili.

De tempore interdicti.

quouis alio loco congruenti et honesto possint sup altari portatil'
eiusmodi missas et alia diuina officia libere et licite celebrare ex-
ceptis ecclesijs ab ordinarij iurisdictione nō exempt'. quotiēs id
eisdē fratrib⁹ per ordinarios ex causa contigerit inhiberi Et vt li-
ceat eis tpe interdicti fratres et sorores dicti tertij ordinis beati
Francisci de penitentia nuncupati: necnō ipsoꝝ fratrū minoꝝ ac
fratrū et soroꝝ dicti tertij ordinis et moniales sancte Clare procu-
ratores et negocia gerentes vtriusq3 sex⁹ admittere ad diuina. P-
terea q2 idem clemens p̄decessor in dictis suis litteris generali et
ꝓuincialibus ministris et eorum vicarijs ac custodibus absol-
uendi frēs eiusdē ordinis necnō fratribus dicti ordinis quos ipsi
ministri vicarij et custodes habuerint ꝑ tpe in confessores absol-
uendi ipsos ministros vicarios et custodes ab excessib⁹ et cēsur'
nisi talia ꝑpetrassent ꝓpter que essent merito ad sedē apl'icā desti-
nandi ac cū eis desup dispensandi facultatē concedit et ꝓpterea q̄
sint destinādi per sepe reuocet in dubiū vt absoluentiū et absoluē
dorum dispensantiū et dispensatoꝝ pro tpe puritati conscientie cō
sulam⁹ declarā⁹ hereticos relapsos scismaticos: ⁊ q̄ l'ras apl'icas
falsificassent: aut ad infideles ꝓhibita detulissent dūtaxat ad sedez
apl'icā merito destinādos Reliquis vero oib⁹ etiā simonie praui-
tate qualitercūq3 irretitis posse per illos quib⁹ inibi conceditur
absolutionis et dispensationis benefitiū et gratiā iuxta casuū exi-
gentiā impartiri Nam vero ptē l'raꝝ eiusdē Clementis p̄decesso-
ris in qua sepulturā in eccl'ijs fratrū dicti ordinis liberā eē voluit
salua iusticia eccl'iaꝝ a quibus corpa mortuoꝝ assummunt' Decla-
rantes libertatē hmōi intelligi debere etiā quo ad hoc vt frēs ipsi
nullius super hoc petita licentia prochias in quib⁹ corpa p̄dicta
forent cuz cruce ꝓcessionaliter ingredi ac corpa ipsa leuare: et ad
eoꝝ ecclesias sepelienda deferre possint vbi hoc fieri consuetum
foret. et presbiteri de releuatione requisiti id facere recusarent nec
cogantur inuiti etiā p̄textu cuiusuis ꝯsuetudinis ipsi vl' defūctoꝝ
consanguinei illa ad prochiales eccl'ias aut alia loca deferre et cū
illis vel sine inibi celebrare vel celebrari facere pro eisdē defunct'
aliqua diuina officia ante vel post sepulturā eorundē: iusticiā aūt
ecclesiaꝝ a quibus corpa ipsa summūtur iuxta eiusdē Clementis
predecessoris voluntatē saluā esse debere decernimus: eo casu quo
dūtaxat apud loca ipsoꝝ fratrū corpa ip̄a sepeliūtur Si vero non
apud eos ꝫ alios mēdicantiū ordinū ꝓfessores corpa ip̄a cōtinge-
ret sepelire ex his q̄ ad frēs p̄dictos apud quos tūc corpa ip̄a non
sepelirentur de bonis defūctoꝝ quōdolibet obueniet quouis ꝑticu-
lari vel vniuersali titulo directe vel per obliquū nullā canonicam
aut prochialē portionez dare teneantur nec similiter aliqua portio

Declaratio q̄ sint ad sedem apostolicam destinandi.

Declaratio de sepultra

Declaratio de sepultura

De iusticia ecclesiarum et canonica portione.

debeatur que ad certos et determinatos vl' eisdē fratrib' vel eoꝝ domib' in gñe aut specie etiā de bonis eoꝝ quorū cadauera apud eos contigerit sepeliri: nec etiam in casibus in quibus p eiusdem Clementis et aliorū p̄decessorū nr̄orū spetialia priuilegia fratres ipsi ab huiusmodi solutione quarte sunt exempti: nec aliquo casu de candelis qui ad manus fratrib' dant̄ quarta aliqua quolibꝫ de- trahatur. in reliquis vero casib' q̄ in p̄missis in quib' quarta ip̄a soluēda veniret et cōuentiōes si qui sint inter fratres p̄dictos et locorū ordinarios ac aliorū rectores inite laudabiles et honeste in posterū obseruentur. Et si forte contingat p nos vel sedē ap̄licā de pie legatis dispositis et relictis in genere vel in specie decima vel alia portio seu quota alteri pie vel non pie cause ex quauis cā hactenus concessa foret: aut in posterum concedi et solui: aut dari mandari contigeret fratres p̄dictos et illorꝫ dom' ac eis legata et relicta: aut alias in eorū fauorē disposita in concessione et man- datis huiusmōi decernim' et volum' non includi: nisi de ipsis et p̄nti decreto ac volūtate nr̄a nō p generales clausulas q̄ etiā spe- tialez mentionē importare viderent̄: sed vera et specifica mentio fiat in eisdeꝫ. Indultū vero eiusdē Clementis p̄decessoris de deci- mis non soluēdis ad quecūqꝫ bona dictoꝝ fratrū et quascūqꝫ de- cimas etiā: quas vulgo papales appellat: et ap̄lica sede p xp̄iane fidei defensione aut alijs imminētib' p sepe necessitatib' indicit: ꝛ quecūqꝫ alia onera a motu et sciētia p̄dictis extendimus: decernē tes ipsos fratres minores etiā si per quoscūqꝫ exemptos et men- dicantes solui mandarent̄ cum quibusuis de rogatorijs et fortio- ribus clausulis ad illarū solutionē non tenere: et in illarū solutiōe cessando censuras et penas aliquas non incurrere: nisi p̄ntib' nō per generales aut alias clausulas spēalez mentionē importantes sed alias sit derogatū specifice eaꝝ de verbo ad v̄bū in serto tenore. Et ne p̄textu constitutionis Innocencij pape quarti p̄decessoris nostri q̄ incipit Volētes locorū diocesani ꝛ alij ordinarij ꝛ alij q̄- cunqꝫ in p̄sonas aut locuꝫ fratrū p̄dictorū contra eiusdem Clemē tis p̄decessoris in fine l̄rarum p̄dictarū ordinatiōeꝫ sibi quicunqꝫ iurisdictionē aut superioritatē vendicare p̄sumāt: districti' inhibe mus ne quispiā absqꝫ dicte sedis spēali cōmissiōe aut auctoritate in p̄sonas: domos et loca dicti ordinis frū̄ minoꝝ: vtpote prorsꝰ exempta: aliquā excōmunicationis: suspēsiōis et interdicti senten tias spetialiter vel generaliter quōdolibet p̄mulgare: aut in perso nas: domos et loca hmōi aliq̄ p̄eminētiā: superioritatē et iurisdi- tionē quōdolibet exercere p̄sumāt: etiā rōne contract' vel delicti seu rei de qua ageret̄ vbicūqꝫ ineatur cōtractus cōmittat̄ delictuꝫ et res ipsa consistat. Decernimus quoqꝫ ex nunc quaslibꝫ excō-

De decimis legatorum

De decimis papalibus

Nullo modo p̄nt frēs excō mūicari quā- uis cā p quos- uis prelatos eccl'iasticos.

municationis suspensionis et interdicti sententias: et quoscunq3 processus quasuis penas et sententias generales vel spetiales cōtinentes quos et quas promulgari vel haberi: et omnia que cōtra fratres: domos et loca dicti ordinis quomodolibet fieri cōtigerit etiam eorum exemptione: vtpote notoria non aliter allegata nullius roboris vel momenti esse: et pro infectis prorsus haberi debere Preterea quia parrochialium ecclesiarum rectores pfati erga illos qui dictis fratribus ordinis minorū eorum peccata confitent p sepe se reddunt i exbibitiōe eucaristie et extreme vnctionis difficiles. Concedimus ipsis fratribus ordinis minorum vt eisdem personis eis confessis quibus rectores prefati sine rationabili cā denegauerint seu maliciose distulerint eucharistie seu extreme vnctionis sacramēta ministrare: super quo eorundē confessorū assertioni stari debeat illa petentibus possint impune exhibere. Et cū aliquando contingat monasteria monialium sancte Clare et minoristarum seu sancti Damiani nuncupatarum monialibus destitui adeo vt de eorū reformatione spes nulla supersit: conueniētiusq3 sit q illorū sic destitutorum bona ad ipsos fratres deueniant quorz erant cure commissa quam ad alios: illa que sic destituta existunt et destitui contigerit in futurum: cum eorū bonis omnibus ppetuis vsibus fratrz domus dicti ordinis minorū eiusdē destitutis monasterijs propinquiores applicamus: ita vt fratres ipsi possint de illis et eorundem monasteriorum structuris et edificijs pro eorum voluntate disponere Prouiso quod illorum ecclesie et oratoria ad prophanos vsus non redigantur: sed in illis quādoq3 diuina cebrentur offitia Insuper est nonnulli ad ordinē predictū fratrū minorum specialem gerentes deuotionis affectum ordinent eorz cadauera cum babitu fratrum minorum aut sororum dicti ordinis de penitentia sepeliri: ne ex illorz corporz delatione ad alia loca ordini et fratribus predictis iniuria irrogetur decernimus tales apd fratres ipsos esse sepeliendos: etiā si alibi suā elegissent sepulturā nec posse etiam in loco per eos electo cum habitu quōdolibz sepeliri aut ad sepeliendum portari absq3 fratrum domus loci in quo tales decesserint expressa licentia et assensu Ceterz ne si rōne prochialium ecclesiarum apud quas domus eorundem fratruz construncte fuere aut construerentur in posterum locorum ordinarij in eosdem fratres aliquam superioritatē vendicare temptarent fratrum eorundem quies in aliquo perturbaretur: concedimus eisdem fratribus vt in sic concessis et quas eis concedi contigerit

curatis ecclesijs possint per

Nota q exēptio ordinis est notaria.

Monasteria monialiū destituta ad cōuentus fratruz spectant

De eligē[illegible] sepeliri cū babitu ordinis.

De capellano gerēte curaꝫ aīaꝝ in ecclesijs

capellanū p eos pro eoꝝ nutu ponendū et amonendū curā hmōi exercē: qui q̄diu capellanat⁹ hmōi fungeť officio: ac si dicti ordīs minoꝝ pfessoꝛ existat dictoꝝ frm̄ minoꝝ libertate et exemptione fruať Ecclesie vero p̄dicte et illoꝝ bona illa qua dom⁹ fratrū dicti ordinis p̄rogatiue letētur Et vt dicti ordinis pfessoꝛibꝫ oīno vagandi tollatur occasio et ad apostolicā sedem recurrendi subtrahatur proposse necessitas generali: ꝛ prouincialibꝫ ministris dicti ordinis pro tpe existentibus et illorum vicarij dispensandi cum dicti ordinis minorum pfessoribus defectu nataliū ex adulterio: sacrilegio: incestu: et quouis alio nephario et illicito coitu puenientē pacientibus: necnon cū his qui ex quauis causa: p̄terq̄ homicidij volūtarij bigamie et mutilationis mēbroꝝ irregulares forēt postq̄ ordinē ipsū pfessi fuerint: vt defectu et irregularitate hmōi non obstante irregulares ipsi ad quoscūqꜫ etiam sacros ordines pmoueri: et in illis etiā altaris misterio ministrare: et tam ipi irregulares q̄ defectū natalium pacientes predicti ad quecūqꜫ administrationes et officia dicti ordinis eligi: recipi et assumi illaqꜫ gerere et exercere libere et licite valeāt: motu: scientia et auctoritate predictis concedim⁹ per p̄ntes Rursus intelleximꝰ q̄ et si bone memorie Johannes papa .xxij. p̄decessoꝛ noster illoꝝ opinionem qui asserebant q̄ confessi fratribus predicti ordinis et aliorum ordinum mendicantium ad audiendas confessiones iuxta iurisdipositionem deputatorum pro tempore tenebantur eadē peccata rectori eoꝝ parrochialis eccl'ie iterū cōfiteri reprobauerit Et deinde prefatus Eugenius predecessoꝛ reprobationem huiusmodi approbauerit contra talia asserentes tanq̄ de heresi suspectos p locoꝝ ordinarios inquiri et procedi mandauerint: ac successiue pie memorie Nicolaus papa quintus similiter p̄decessoꝛ noster gesta in premissis ab eisdē Johāne et Eugenio p̄decessoribꝰ robur ppetue firmitatis obtinere debere decreuerit: nihilominꝰ adhuc nonnulli eoꝝ inherentes proterue: opinionē p̄dictā: et desuper factos dānatos et male sonantes ac reprobos articulos veros esse affirmare nō vereňť: vt taliū p̄sūptuosa temeritas tanto minus inualescat quanto plurium erit superioꝝ correctioni subiecta concessam cōtra tales per eiusdē Eugenij predecessoris litteras locoꝝ ordinarijs facultatē ad inquisitores heretice prauitatis extendimus ac volumꝰ q̄ inquisitores ipsi quicunqꜫ fuerint eadem qua ordinarij contra tales auctoritate fungantur. Postremo cum predicatoꝝ sicut et predicti mioꝝ ordinū pfessores p fidei catholice dilatatione continue indefesse laborent: fructusqꜫ afferant in ecclesia dei salutares. et propterea fuerint varijs per sedem predictam priuilegijs decorati: vt quos par laboꝛ pariaqꜫ

De dispensatione irregularium.

Vt inq̄sitores pn̄t pcedere cōtra asserētes q̄ cōfessi frībꝫ iterꝫ teneňť ꝯfiteri

cōmunicatio p̄uilegioꝝ ordinū p̄dicatorum et mioꝝ

merita ꝯiūgĩt: paria ꝯiūgãt ꝑuilegia ⁊ fauores eiſdē ordis mioꝝ
ꝓfeſſorib⁹: vt cõceſſis frīb⁹ p̄dicatorib⁹ et eiſdē p̄dicatoꝝ ordinis
fratrib⁹ vt p̄miſſis aut alijs cõceſſis p̄dictꝭ fratrib⁹ miorib⁹: ꝑui-
legijs: indulgentijs. gr̃atijs. fauorib⁹ et indultꝭ: tã ſpūalib⁹ q̄ tpa
libus a predictꝭ et alijs romanis pōtificib⁹ p̄deceſſoribus nr̄is et
alijs auctoritatē hn̄tib⁹ q̄ oīa ac ſi noīatim exp̄merenť haberi vo-
lū⁹ hic ꝓ exp̄ſſis et nr̄e approbatiõis muimine ſolidam⁹ ac decer
nim⁹ robur ꝑpetue firmitatꝭ obtinere: potiri et gaudere poſſint ⁊
debeant ꝑpetuis futuris tp̄ib⁹ in oīb⁹ et ꝑ omia proꝛſ⁹ et ſine vlla
drñtia perinde ac ſi q̄ vni ex ordinib⁹ p̄dictis ſūt ꝯceſſa vtriqꝫ ſi-
mul noīatim ꝯceſſa fuiſſēt aut cõcederenť in poſteꝝ: ⁊ q̄ de miſtro
generali et ꝓuintialib⁹ ṗorib⁹ dicti ordinis p̄dicatoꝝ ac monaſte
rijs monialiū ſub eorundē fratrū p̄dicatoꝝ cura: et ſcd̄m ipſi⁹ ordi-
nis p̄dicatoꝝ inſtituta viuentiū ſunt ſtatuta in generali et ꝓuin-
cialib⁹ miniſtris et vicarijs dicti ordinis fratrū minoꝝ et mona-
ſterijs monialiū dicti ordinis ſcte clare et minoriſtaꝝ: et ſcti Da-
miani nūcupataꝝ et econtra cenſeanť eſſe ſtatuta: diſtricti⁹ inhibe
mus eiſdē locoꝝ ordinarijs ſub interdicti ingreſſus eccl'ie ⁊ ſuſpē
ſionis a regimine et adminiſtratione ſuarū eccl'iaꝝ ac ꝑochialiū
eccl'iaꝝ rectoribus: et alijs quibuſcūqꝫ ſub excõmunicatiõis late
ſentētie et ṗuatiõis earundē ꝑochialiū eccl'iaꝝ ac oīm alioꝝ bn̄-
fitioꝝ eccl'iaſticoꝝ q̄ obtinēt: necnõ inhabitationis ad illa et alia
in poſteꝝ obtinēda penis eo ipſo ꝑ eos qui cõtra fecerint incurrē
dis: ne ordines p̄dictos frm̄ p̄dicatoꝝ et minoꝝ: et illoꝝ dom⁹ ⁊
ꝓfeſſores p̄ter aut cõtra p̄dictoꝝ Clemētis aut Eugenij p̄dictoꝝ
et alioꝝ quorūcunqꝫ p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ et pn̄tiū l'raꝝ nr̄arū tenorem
inquietare ſeu moleſtare: et eos aut teſtamētoꝝ vltiarūqꝫ volūta-
tuꝫ executores et heredes p̄dictoꝝ ſeu q̄ſcūqꝫ alios directe vl' in-
directe ad ſolutionē alicui⁹ quarte ꝑochialis ſeu canonice vl' al-
terius portiõis ſeu oneris et ad faciendū celebrari aliqđ offitium
in eoꝝ eccleſijs vel alibi: dū apud ipſos frēs decedentiū cadauera
tumulanť ante vel poſt eoꝝ ſepulturā cogere: nec confeſſis dictis
fratrib⁹ p̄dicatorib⁹ et miorib⁹ ꝓ tp̄e euchariſtie ſeu extreme vnc
tionis ſacramēta ſine rõnabili cã denegare vl' illoꝝ exhibitionem
malicioſe differre: aut eoꝝ ꝑochianis ne dictis fratrib⁹ ꝯfiteanť
ꝓhibere vl' ꝑſuadere: nec etiã ad p̄miſſa ſeu aliqđ p̄miſſoꝝ auxiliū
ꝯſiliū vel fauorē dare directe: vl' indirecte quoq̊mõ preſumãt Et
nihilomin⁹ cuilibet in dignitate eccl'iaſtica cõſtitoto et metropo-
litane. vel alterius cathedralis eccl'ie canonico ꝑ vniuerſū vrbeꝫ
qui deſuꝑ per dictoꝝ ordinū ṗores aut guardianos et fratres: ac
illoꝝ ſeu ad cõmodū eorū romane eccl'ie ſyndicos deſuꝑ requiſit⁹
fuerit per ap̄l'ica ſcripta inſolidū mandam⁹ quaten⁹ ꝑ ſe vel alium

Communica tio priuilegio rum ordinuꝫ p̄dicatorum et mioꝝ.

Pene prelato rum et alioꝝ turbantium

vel alios p̄missa vbi et qñ opꝰ fuerit solēniter publicātes: et eisdē
fratrū predicatorū et minoꝝ ordinibus et illorū domibus ac ꝓfes
soribus in p̄missis efficacis defensionis p̄sidio assistentes faciant
eos pacifica possessione vel quasi p̄uilegiorū et concessionū hmōi
gaudere: nō ꝑmittētes eos seu testamētoꝝ executores et heredes
p̄dictos cōtra illoꝝ tenorē ꝑ ordinarios et rectores p̄dictos: aut
quoscūqꝫ alios indebite molestari: aut eis grauamina: iniurias atqꝫ
dāna inferri seu quōlibet irrogari etiaꝫ summarie et de plano sine
strepitu ⁊ figura iudicij: sola facti veritate inspecta cōtra ꝗscunqꝫ
cuiuscūqꝫ qualitatꝰ vel cōditionis existant et quacūqꝫ eccl'iastica
etiā parrochiali archiepiscopali et episcopali vel mūdana forent
dignitate et exemptione muniti: in quibuscūqꝫ causis per eos mo
uendis quacūqꝫ ratione vel causa que excogitari possit eis mini-
strent iusticie cōplementū exequēdo quod per eos fuerit ordinatū
et illos quos censuras et penas predictas incurrisse constiterit
illos irretitos esse declarent ac facient ⁊ mādent interdictos sus-
pensos et excōicatos publice nunctiari et ab oībus artius euitari
et legitimis suꝑ his habēdi seruatꝰ processibus illos quotiens opꝰ
fuerit iteratis vicibꝰ aggrauare ꝓcurent. Cōtradictores auctori-
tate nr̄a appellatione postposita conpescendo inuocato ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibꝰ cōstitutio-
nibus recolēde memorie Bonifacij pape. viij. quibꝰ cauet̄ ne ꝗs
extra suā ciuitatē et diocesim nisi in certꝰ et exceptis casibꝰ ⁊ in il-
lis vltra vnā dietā a fine sue diocesis ad iuditiū euocet̄ seu ne iudi
ces a sede apostolica deputati extra ciuitatem et diocesim in qbꝰ
deputati fuerint contra quoscūqꝫ ꝓcedere aut alij vel alijs vices
suas cōmittere p̄sumant et de duabus dictis in concilio generali
necnō ꝗ incipiūt suꝑ cathedrā Bonifacij: et dudū wiennensis cō-
cilij ac recolēde memorie Calixti pape iij. etiā p̄decessoris nr̄i lr̄is
alijsqꝫ apl'icis ac etiā ꝓuintialibus et sinodalibꝰ cōcilijs editis
specialibꝰ vel gn̄alibꝰ necnō Octonis et Octoboni olim in regno
Anglie apl'ice sedis legatoꝝ ꝯstitutionibꝰ eccl'iarū quoqꝫ ac lo-
corum quorumlibet statutis et cōsuetudinibus et inter quoscūqꝫ
dictorū ordinū fratrū p̄dicatoꝝ et minorū professores ac locoꝝ
ordinarios seu rectores p̄dictos īnitis et cōclusis ac hactenus ob
seruatis pactis et ꝯuentionibꝰ etiā iuramēto cōfirmatione apl'ica
vel quauis alia firmitate roboratis. Necnon omnibus et singu-
lis que Clemens et Eugenius prefati in predictis eorum litteris
voluerunt non obstare contrarijs quibuscunqꝫ: quibus omnibus
illa ac si de verbo ad verbū insererentur et derogatoriarum dero-
gatorias clausulas in se continerent presentibꝰ pro expressis habē
tes: illis alias in suo robore permansuris quo ad premissa speciali

ter et expresse derogamꝰ Aut si patriarchis archiepiscopis et rec-
toribꝰ p̄fatis seu quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a sede p̄fa
ta indultū existat qđ interdici suspendi vł excōmunicari aut extra
vł vltra certa loca ad iudiciū euocari nō possint ꝑ l̄ras aplicas nō
facientes plenā et expressā ac de verbo ad verbū de indulto hmōi
mentionē et qualibet alia dict e sedis indulgētia generali vł speti-
ali cuiuscūqꝫ tenoris existant per quā p̄sentibus nō expressam vł
totaliter non insertā effectꝰ earum et concessam eis iurisdictionis
executio impediri posset quōdolibet vł differri et de qua cuiusqꝫ
toto tenore habenda sit in nr̄is lr̄is mentio spetialis Nos enī ex
nūc illa et quecunqꝫ alia q̄ in futurū ꝑ nos vel sedē aplicā quomo
dolibet cōcedi statui decerni vel ordinari cōtigerit cōtra Clemē-
tis et Eugenij aliorūqꝫ p̄decessorū predictorū: et presentiū l̄arūꝫ
huiusmōi tenorem necnō secus sup his aquoquā quauis auctori
tate scienter vel ignoranter attemptari contigerit irrita et inania
nulliusqꝫ roboris vel momēti esse decernimus Et qꝛ difficile foret
presentes l̄ras ad singulas prouincias origenaliter destinare vo-
lumus et dicta aucte decernimꝰ ꝙ transsumptꝰ earū manu notarij
publici et curie causarū camere aplice aut alicuiꝰ episcopalis vel
archiep̄alis sigillo munitis ea prorsus in iuditio et extra vbicūqꝫ
exhibita vel ostensa fuerint fides adhibeatur acsi origenales lit-
tere forent exhibite vel ostense Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginā nr̄oꝝ approbationis ꝯstitutiōis ordinationis statuti
decreti concessionis indulti volūtatis applicatiōis inhibitiōis ex
tensionis solidationis mādati et derogationis infringere vł etiaꝫ
ausu temerario ꝯtraire Si qs aūt hoc attēptare p̄sūpserit indig-
natione oipotētis dei et btōꝝ Petri et pauli aplorū eiꝰ se nouerit
incursurū Datum rome apud sanctū Petrū Anno incarnationis
dn̄ice Millesimoquadringentesimo septuagesimoquarto . pridie
Kalendas septembris pontificatus nostri Anno quarto.

De trāssumptis qbꝰ fides adhibeatur.

Sixtus episcopus seruus seruo

rum dei Ad perpetuam rei memoriam Dum fructus vberes q̄s
sacri ordinis fratrum minorum professores circa propagationem
religionis et fidei in agro militātis ecclie ꝑ incremēta tporū mag
nis laboribꝰ crebris vigilijs et indefesso aio ꝑduxerūt hactenus
ꝑducunt ac in futurum producturos esse spe firma confidimus:
diligenter attendimus dignum censemus et congruum vt in his
que illorum propsperitates et comoda concernere possent eos be
nignis fauoribus ꝓsequamur. Duduꝫ siquidē felicis recordatiōis

Martinus papa quart⁹ p̄decessor nr̄ cupiēs honesta adhibere re-
media quibus dicti ordinis pura obseruantia in suo vigore serua-
retur et vt fratres eiusdem ordinis exclusis q̄buslibet sollicitu-
dinibus liberius et quieti⁹ diuinis vacarēt obsequijs ac offerētiū
et donantiū aut in vltima volūtate relinquentiū dicto ordini seu
illius fratrib⁹ aliq̄d ꝓpter deū pia intentio nō fraudaret. Romana
quoqꝫ eccl'ia ad quā oīm rerū mobiliū et immobiliū quibus frēs
ipsi vti possūt ius ꝓprietates ⁊ dominiū nullo medio ptinet. et ad
quā fratres ipsi quotiēs necessitas ingruebat vel vtilitas psuade-
bat recurrē soliti erant a cura et sollicitudine ꝓuidēdi eorundem
fratrū necessitatibus releuaretur: necnō heredū et executoꝝ piaꝝ
voluntatuꝫ defunctoruꝫ et negligentijs obuiaret. ipiqꝫ frēs scd̄m
modos p̄missos et licitos: relict⁊ sibi elemosinis gaudere valerēt
per quādā suas l'ras ap'lica auctoritate et de potestat⁊ plenitudine
voluit: statuit et decreuit qd̄ spēales psone p generalē ac ꝓuintia-
les ministros ac custodes dicti ordinis noīande in p̄missis admi-
nistrationē legittiaꝫ: generalē et liberā dicta auctoritate gererent
et veri legittimiqꝫ administratores: iconomi: sindici et actores
essent: ac res ipsas et eoꝝ p̄ciū: p̄dictasqꝫ elemosinas noīe ipsius
romane eccl'ie recipent: et in ip̄oꝝ fr̄m vtilitates prout eis liceret
ex regula vl' ei⁹ declaratione sicut et qn̄ ab eisdē generali et aliquo
